

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1602**

20. Ciuius aliquas leges Canonico iure abrogatas vel correctas esse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14077**

quod Archidiaconus, tradiderunt etiam Bald. in cap. quanto de iud. Domini. & Alexand. in c. lectionis dist. 63. Parif. in tract. syndic. in verbo civitatis. cap. 2. ad h. Respondere. Reges, & Principes ius nominandi praeficiendos Ecclesijs cathedralibus, vel Abbates in Ecclesijs secularibus, vel regularibus, aut alios, qui in primarijs post Episcopalem Dignitatibus insituendi sunt, non habere nisi ea ratione, qua patroni sunt Ecclesiarum, ratione fundationis, redictionis, vel donationis, quia hoc ius, cum sit spirituale in laicos non cadit, nec in eos cadere potest ratione præscriptionis, cum capaces non sint, ac proinde nisi habeant priuilegio Ro. Pont. tueri, & retinere nequeur. Si dicas, Hispaniarum Reges habent ius nominandi Episcopos, & Abbatibus, & alios primarios Ecclesiarum praefectos in Hispania, India, Sicilia, Sardinia. Rex Poloniae, in Polonia. Dux Subaudia in diritione sua. Relpodeo, habere quidem, sed priuilegio Rom. Pontificis, non iure præscriptionis, nec iure regio, eo ipso, quo Reges, ac principes sunt; nec ratione consuetudinis præcisè etiam diuturna, nisi quatenus ea consuetudo nota Rom. pontifici tacito consenserit, permittitur. id vero quod Archidiaconus, & Baldus scribunt reges, Imperatores, & principes esse patronos Ecclesiarum Cathedralium, & principalium quæ in ipsorum regnis, imperio, & directione sunt. Alij non probant. Boerius in suis decimo. q. 32. p. 1. Lamber. de iure patro. libr. 1. q. 11. Curius de iure patro. verb. Eccles. q. 1. Remun. in tract. de potesta. regia. q. 34. Nec item placet alijs, quod sentiunt Albericus in l. bene à Zenone. C. de quadrienni. præscrip. & Domini. m. dicit. de præb. in 6. Reges, & principes ex longissima consuetudine posse ius habere conferendi beneficia, falsum est, nisi intelligent cōsuetudinem nostram Rom. Pontificis & ab eo permisam. & Syn. Trid. sess. 25. cap. 9. de reformat. in principibus, communitatibus, vniuersitatibus ad probandum ius patronatus requiri multiplicatas per longum tempus præsentationes, & ita continuatas, ut non minore quam quinquaginta annorum spatio authentis scripturis probetur, & effectum omnem fortitatem fuerint.

Consuetudo etiam, qua reges, & principes Ecclesia vacante administrant, quæ ad eam Ecclesiam pertinent temporalia simul, & spiritualia, cū sacris canonibus pugnat, vt in proprio loco dicam: unde nec ratione præscriptionis, nec iure patronatus, nec iure regio excusantur ij, qui ea consuetudine vtuntur, nisi id faciant priuilegio Rom. Pontificis, vel consuetudine ipsi nota, & ab eo permitta, & tolerata, in qua adhuc tacitus eius consensus.

## Cap. XX.

### Ciuiiles aliquas leges canonico iure abrogatas, vel correctas esse.

**S**ciendum est leges ciuiiles, quæ cum Iure naturali, vel Diuino, vel Canonico pugnant, iustas non esse, ac proinde legis imaginem, & speciem, ac nomen quidem habere, non vim, & auctoritatem sive rationem legis.

Primum queritur, quænam sint leges ciuiiles, aut cum Canonico iure pugnantes, aut ab eo corre-

ctæ? Respondeo esse nonnullas. In primis lex ciuilis concedit matrimoniu[m] consistere inter duorum fratrum liberos, qui patruelis, vel duarum sororum, qui consobrinij, vel fororis, & fratri, qui amiti[n]i dicuntur, vt constat ex l. Celebrando. c. de nuptijs, & Institutione de nuptijs, s. Inter eas. At iure Canonico huiusmodi matrimonium est irrum, capit. Quedam, 35. Question. 3. & capit. non debet, de con-

sanguine.

Lex itidem ciuilis prohibet raptam contrahe-re matrimonium cum raptore, vt constat ex lege Raptore, C. de raptu Virginum. Sic etiam antiqui Canones. cap. Piacui, cap. de Puello. 36. question. 2. At iura huiusmodi corrigitur iure Canonico capitul. viiiim. de Raptoribus, vbi i permititur, vt raptam libere contrahatur cum raptore, etiam priuquam eam restitutus his, à quibus eandem raptuerat. Ceterum in concil. Trident. sess. 24. capit. 6. de reformatio. matrimonij, statutum est, inter raptorem, & raptam quandiu ipsa in potestate raptoris manerit, nullum posse consistere matrimonium, nisi postquam à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta fuerit. Si quæras, an raptam contrahens matrimonium cum raptore amittat bona ipsius raptoris sibi per legem delata. Nam l. C. de rapt. Virgin. & Authentic. de rap. mulie. que rapt. abund. coll. 9. ad finem, raptam si raptori inpleri priuatur bonus ipsi raptoris, quæ ipsi donaverat. Glor. in c. cum secundum leges, de Hæreticis in c. tentat. ea bona raptam amittere, quia lex ciuilis eam poenam constituit, nec canonico iure damnatur, eo quod, lex ciuilis constituens, vt ea bona amittat, non irrogat propriæ poenam contrahenti, sed impedit potius, ne raptam sibi lucrum ob delictum raptus acquirat. Sed verior est opinio eorum, qui negant ea bona raptam amittere. Sicilia Gloss. in cap. de puel. 36. question. 2. quam sequitur communis opinio, vt ait Couarr. de marri. part. 1. c. 3. f. 9. numer. 1. Nam cum lex ciuilis prohibet huiusmodi matrimonium, iure Canonico abrogetur, eodem iure poena iuris ciuilis sublata censetur, sive sit poena priuans raptam, sive raptorem aliquo iure ante acquistato, sive impediens, ne ius acquiratur, satis enim est si sit poena contra matrimonium constituta.

Leges omnes ciuiiles, quæ secundas nuptias, primis solutis, varijs poenæ puniunt, Iure canonico abrogantur, vel corrigitur. In l. C. de secundis nuptijs, poena constitutum in viuidas intra annum luctus secundas nuptias contrahentes, quæ amittunt proprietatem, & viuum fructum bonorum, quæ sibi prior maritus reliquerat, eo quod, ad secundas nuptias festinent, & prioris mariti vita functi consanguineos, & propinquos contrahere videantur. At huiusmodi poena Canonico iure tolluntur, cap. Cum secundum, de secundis nuptijs: vbi iuxta Apostolum secundæ nuptiæ libere permittuntur. Et quamvis quidam contendant, ciuiiles leges, quæ poenæ viuidas intrâ annum luctus afficiunt, iustas esse; communis tandem opinio, quam sequitur Innoc. Ioann. Andr. Ante. Abb. Decius, Felin. quos refert, & sequitur Couarr. de matrimon. part. 2. capit. 3. f. 9. numer. 4. & 5. habet, huiusmodi leges ac poenas iure canonico esse sublatas. Si quæras, an etiam ius canonicum locum habeat etiam post obitum mariti intra m-

sem vi.

sem vidua secundò nupserit? quidam negant locum habere, ac proinde ius civile esse seruandum: quod iustum poenam interrogat vidua tunc temporis nubentibus periculum quod instat ex commissione sanguinis primi, & secundi mariti, ex quo proles redditur incerta. Baldus, & Corneus, ut testatur Couarr. ibidem. idem sensit Paul. Eusebius, teste Abbas, Felinus, Decius, quos omnes citant, & sequitur Couarru. loco citato, sentunt etiam tunc ius Canonicum esse seruandum. Si roges, an leges Civiles, quae constituant pœnam in viduis secundo nubentes fauore, & gratia filiorum prioris mariti, non autem odio ipsorum viduarum ad nuptias festinantium sint: Canonico iure abrogata? Respondeo minimè, sed solam eas, quae viduas properantes ad nuptias puniunt. Sic Innocentius, Ioannes Andreas, Henricus, Antonius, Felinus, ut ait Couarru. quā quam Abbas, teste Felino, in cap. De Francia, de sponsalib., oppositum docere videatur. Ex quo sit, ut mater tutrix filiorum secundo nubens, non petito utore ipsis filijs, nec ratione redditia administrationis bonorum, incurrit in poenas iure cuiuslibet constitutas in l. i. c. de secundis nupt. & in Authent. eidem. c. de secundis nupt. huiusmodi enim poena, iure Canonico non corrigitur, quoniam gratia filiorum sunt irrogata. Sic Couarru. loco citato n. 6. Ex his etiam efficitur, ut mater secundò nubens, immo etiam pater, ad secundas nuptias transiens debeat filijs ex primo matrimonio suscepit res feruare lucra sibi ex illo coniugio delata, ut docet Couarru. ibidem. num. 7. ex communi omnium sententia iuxta id, quod statutum est, in l. Generaliter, c. de secundis nupt. vbi vir referuare debet filijs, ex priori matrimonio natus, si ad secundum transierit, & quod ad ipsum ex dote, vel ex bonis prioris uxoris peruenerunt: Et idem dicendum est de lucis, & bonis acquisitis vi alicuius alterius ius legis, vel statuti, idem iuri scilicet, vi docet Cardin. in cap. gemma, de sponsalib., & approbat Felin. in cap. de Francia, de sponsalib. numer. 14. Si pater filia promiserit, se certam patrimonij partem dotis causa daturum, si nupserit Tatio mercatoris, si minus eam par tem non daturum, valer testamentum, sub hac promissione factum: quia conditio adiecta, non tam poena est, quam gratia in Titum mercarorem collata. idem est, si lex aliqua, vel statutum defecit superfluit, ex bonis alterius coniugis, aliquam partem ratione, & iure lucri non oneris. Couarru. ibidem. num. 8. & 9. Si tamen statuto vel lege, dimidia pars lucrorum ad virum pertineat, ea non est filijs ex priori coniugio suscepit res feruanda, sed redditus pars dimidia, quae ad vxorem mortuam peruenera. Fite etiam, ut mulier intra annos secundò nubens alenda non sit ab hereditibus mariti, etiam renuentibus dotis bona immobilia restituere. Mulier itidem secundò nubens amittit vestes lugubres, ab hereditibus prioris mariti datas: huiusmodi enim poenas minime ius canonicum prohibet. Si quereras, an iure Canonico sit relictum id, quod iure civili est constitutum in Authent. C. de iudicio viduae tollenda. Et in Authent. Hoc locum, & in l. si ysum faciam, c. Si mulier secundò nupserit: vbi statuitur, & sum fructum, vel legatum à marito relictum vxori, si viduitatem seruuerit, vel donec secundo nupserit, amittit mulier si secundò nubat. Co uarr. ibidem. n. 10. & 11. ait, iure Canonico non est relictum; ac proinde legatum sub ea conditione relictum & quum, & iustum esse. Si obijcas conditio celibatus, ac viduitatis generatim adiecta in ultima voluntate rejicitur, vt constat in l. Sed si hoc sit. Cum vir vxori, & De conditionibus, & Demonstrationi, vbi dicitur: Cum vir vxori, si à liberis non nupserit, in annos singulos aliquid legavit, quid iuri? Julianus respondet, posse mulierem nubere, & legatum capere. Quod si ita scriptum esset: si à liberis impuberibus non nupserit, legem locum non habere, quia magis cura liberorum, quam viduitas insugetur: Hæc ibi. Cuius legis sensus est: Titius vxori suæ legavit annua decem, si à liberis non se separauerit secundo nupta, tunc potest nutu suo mulier nubere, & nihilominus legatum capere, eo quod si ei viduitas indicata, quæ conditio pro non adiecta habetur. Si autem praedicti liberi erant impuberis, non poterit habere legatum, si secundò nupserit, quia tunc videtur vir iniunxit vxori curam filiorum, non viduatem. Denique, si quereras, quid sit dicendum, si maritus vxori legatum relinquat, conditio adiecta: si castè vixerit: num vxor legatum amittat, si secundò nubat? Respondeat Couarru. ibidem. numer. 12. amittere. Quod si obijcas, castè viuere eam, quæ vitam coniugalem elegit. cap. Nicena, disting. 31. Bartholus, & quidam alii, teste Couarru. hoc argumento permoti, sententia non amittere legatum huiusmodi, vxorem. At vero probabilis est, quod dixi ex sententia aliorum, quoniam licet vita coniugalis sit casta, mens maritatem, qui conditionem apposuit, si castè vixerit, est, vt viduitatem feruerit ad secundas nuptias non transiens. Ex quo sit, vt si praedicta conditio: si castè vixerit, adiecta sit ab aliquo alio extra neo, qui non sit prioris mariti consanguineus, tunc non amittat legatum vidua, etiam si secundò nupserit, ut docet Couarru. ibidem. num. 12. Secus verò est, si legatum sub ea conditione relictum sit à patre, filio, vel alio consanguineo mariti prioris: nam in hoc probabiliter mens legantis creditur fuisse, ne lecūdo nubat: in priori verò casu non creditur talis mens fuisse, sed solū, ut castè viuat, siue matrimonij vinculo soluta, siue adstricta.

Item leges ciuiles, quae concedunt ex multis causis libellum repudij, & solutionem coniugij, Canonico iure corriguntur, quoniam apud Græcos locum, & auctoritatem adhuc habere videantur: in l. Consenit, C. De Repudij Imperatores multus de causis repudium concedunt: Sic enim dicitur: Causas autem repudij hac saluberrima lege apertis desigamus. Sic enim sine infra causa dissolui matrimonia iusto limite prohibemus, ita aduersa necessitate pressam, vel pressam, quamvis infansfo, utiamen necessario auxilio capitum liberari: Si qua iuria maritum suum adiutorum, aut homicidiam, aut veneficium, vel certe contra nosfram imperium aliquid molientem, vel falsitatem criminis condemnatis inuenierit; si se pulchriorem dissolutorum, si sacris eadib[us] aliquid subi[ca]benteum, si latronem, vel latrem suceptorem, vel abactorem, vel p[ro]tagonistam, vel ad contempnitionem sui, domi sue, ipsa insufficiente cum impudicis mulieribus, quod maxime etiam castas exasperat, et cum inueniem: si sue vite veneno aut gladio, aut alio finiti modo insidiantem: si se verberibus, que

ingenius

ingenuis aliena sunt, sufficientem probauerit; tunc repudij ei  
permittimus libertatem. Hac ibi. Quo loco Iustinianus Imperator plus a quo repudium, siue diuortium  
permisit tot causis expressis: quamvis Alciatus lib.6.parerg.ca.20. Imperatoris audaciam tem-  
pori, non viro tribuat, ac deinde existimet causas illas a Iustiniano positas posse Romani Pontificis  
auctoritate constitui, & approbari: quam sen-  
tentiam Couarruias iure optimo cōfutauit. Ro-  
mulus Vrbis conditor, teste Plutarcho, in vita e-  
ius, legem tulit, qua viro vxorem repudiare per-  
misit, si in beneficio natorum, aut in adulterio de  
prehensa foret, aut claves adulterasset: quod si  
aliter quis repudiasset, eius bonorum partem v-  
xori dari, partem Cereri sacram esse iussit. Item  
testibus Coeli. libr.15.lettio.anti.cap.16. Plutar. in pro-  
blem.ca.14. Vale.lib.2.cap.1. apud Romanos veteres  
passim vxores repudiabantur, missio libello re-  
pudiij per nuntium. Et primus diuortium facisse  
Sp. Coruilius fertur, qui, vt refert Gel.lib.4.c.3. &  
lib.17.cap.21. vxorem dimisit quod sterilis esset, &  
liberos procreare vellat: & hoc datum ei vitio  
fuisse: postea testantibus id Vale. lib.6. cap.3. Plu-  
tar. in problem. cap.13. Hunc fecutus Sulp. Gallus  
vxori nuntium remisit, quod eam capite aperto  
foris veritas fuisse intellexisset. Vnde Valerius  
sic ait: Horridum quoque Caui Sulpij, Galli, maritale  
supplicium: nam vxorem dimisit, quod eam capite aperto  
foris veritas cognoverat. Lex enim inquit, tibi meos tan-  
tam praefinis oculos, quibus & forma tuam approbes, & pla-  
ceret desideres. Haec igitur omnes Ciuiles leges, anti-  
quæ sunt, & Canonico iure abrogatae: ita ut in  
his locum habeat, quod ex Gregorio habetur in  
cap. sicut quæ 27. quæ 2. vbi dicitur, sunt, qui dicunt  
religionis gratia coniugia debere distollit: ve-  
rum sciendum est, et si hoc lex humana, videlicet,  
Authent. de nup. §. distractabatur, colla. 4. concessit:  
lex tamen diuina prohibuit: per se enim veri-  
tas dicit, quod Deus coniunxit, homo non sepa-  
ret, & in cap. lege. dist.10. ex Nicolo Ponifice legimus, le-  
ge Imperatorum non omnibus Ecclesiasticis controverfis &  
tendum est, præsternum cum inveniatur Evangelica, & Ca-  
tholica sanzioni aliquoties obviare, lex Imperatorum non  
est supra legem Dei. sed subiit. Sicille.

**Præterea leges ciuiles, quæ prohibent matri-  
monium inter certa personarum genera, mini-  
mè iure Canonico interdicta, non valent, vt te-  
statur Barth. in l. Titi, §. folio. matrim. Federic. consil.35.  
Ioann. Andr. in c. vñim. de secun. nup. Anton. Abb. Felin.  
in cap. de Franc. de sponsalibus. Alex. conf.97. num.2. ver.  
& quamvis. Curtius Senior consil.17 numer.3. & sequent.  
Conarru. de Matrim. pars.2. cap.6. §.10. numer.16. & Felin  
citat Chalderinum. Archidiac. Roman. Baldum.  
Salyctum. Nempe. l.1. & l.1. Sutor. C. De inuidiis mar-  
rimonio, ac l.1.C. Si rector constituta sunt leges, quibus  
cauetur, ne inter tutorem, curatorem, vel eius fi-  
lium, & pupillam matrimonium contrahatur,  
ne item rector prouincia ducat in vxorem fe-  
minam aliquam prouinciam suę iuriſdiſtiōnē,  
& potestati subiectam. Non valent haec leges, quā-  
vis sentiat oppositum Cynus in l. vñl. c. de marimo.  
inter pupillum, & viduam. Ex quo etiam fit, vt multa  
Ciuitatum statuta vim non habeant; in his sunt  
ea, quæ puniunt feminas matrimonium contra-  
hentes cum externis, hoc est, cum viris extra ciu-  
tem, & territorium, Iul. Clari. lib. 5. sententia. re-**

cepta. §. practica criminalis. quæ 82. statuo.3. Cart. Sen.  
confil.17. numer.3. Conarru. loco citato. & Felin. cap. de  
Franc. de sponsalib. numer.20. cit. at Baldum. Ioann. And.  
Abbatem. quamvis in dubium vocent quidam, an va-  
leant ea ciuitatum statuta, quibus cauetur, ne fe-  
minæ, quibus affligant constitutaq; dotes sunt in  
redditibus annuis ciuitatis, nubant viris externis  
minime ipsi cœlūtatis iuriſdiſtiōni subiectis. Est  
enim quorundam sententiæ, iusta, & aquæ esse hu-  
ijsmodi statuta Barth. Angel. Cardin. Calde. Ro.  
quos citat Felin. e. predito. num.20. alij vero id infi-  
ciantur, eo quod foeminarum libertatem in ma-  
trimonio contrahendo diminuant. Iul. Clari. loco  
supra citato. Bald. Ioann. Andr. Abb. quos refert, & sequi-  
tur Felin. capite citato. Sunt quoque alia statuta,  
quæ in vnuersitatem prohibent obligationem dotis  
in contractu matrimonij initi cum viro alterius  
ciuitatis. Quidam approbant, alij improbant  
haec statuta. Iul. Clari. loco predito. & Felin. cap. ci-  
tato, agunt de his statutis. Pari etiam ratione in  
controversia est, an valeant ea statuta, quibus a-  
missio dotis irrogatur foemini, quæ nubent vi-  
ris indignis sine consensu patris. Quidam tan-  
quam iusta recipiunt, & approbant eo, quod hu-  
ijsmodi nuptiae sint parentibus, & consanguineis  
dedecori, & ignominie, & gignere soleant  
diffidia, & odia, & offensiones multiorum, & quod  
sint cōtra bonos mores. Alij vero ea improbant,  
eo quod matrimonij libertati derrahant, iusta &  
aquæ esse statuta sentiunt Bald. Calderin. vt re-  
fert Felin. cap. predito. nu.13. At irrita, & nullius mo-  
menti, & pôderis esse testantur Hofstien. Io. And.  
Ant. Abb. e. i. de sponsa. impo. Fede. conf.35. Felin. cap. ci-  
tato. num.13.

**Leyes Ciuiiles**, quæ prohibent foeminas nube-  
re sine consensu patris, aut fratribus, iure Cano-  
nico sublatas, vel correctas esse testantur Alba.  
Ancharanus. Ioann. Andr. Burri. Alex. Curt. quos  
refert Iul. Clari. loco citato. & Felin. cap. citato. Alij  
vero huiusmodi leges ratas esse docent. Barth. &  
alij, teste Iulio Clario. loco predito. Certe in Au-  
thent. Ut cum de Appellatione cognoscitur. Col-  
lat. 8. §. Causas autem, inter iustas ingratia animi  
causas ob quas patri liceat ab hereditate filias  
excludere, habetur: Si filia, quam pater validi nuptiis tra-  
dere, non consenserit, sed luxuriosam vitam degere elegerit,  
abdicari possit. Et subdit: Si à vigesimo quinto anno pa-  
remus distuleris eam in matrimonium collocare, & forsitan  
coactigeris in suum corpus peccare, aut sine consensu parentum  
marito se, liberò tamen, coniungere, hoc ad ingratis animis vi-  
tium filii & non impuerit, de his legibus Couarru. de  
matrim. part.2. cap.3. §.8. & Doctores, in cap. de sponsa-  
libus. Ex quibus colligunt aliqui argumento a co-  
trario sensu ducto, Si filia ante vigesimum quintum  
annum incisj, vel dissentientibus parentib⁹  
nupserit, eam ab hereditate repellere posse.  
Exstant alicubi statuta; vt si filia clam prater pa-  
rentum voluntatem nupserit, liceat parentibus,  
eam hereditatis iure spoliare, que statuta viden-  
tur approbare. Anchar. Cardinal. Ioann. Imola,  
quos refert Felin. cap. de Francia. de sponsalib. num.13.  
eo quod iuxta Glosi. in Clem. ne Romani, verbo soli.  
de electio. lex superioris, seruari potest iusli, &  
auctoritate inferioris, pena adiecta: sed Canones,  
& iura constiuent, ne filia nubat absque patris  
consensu: ergo laici possunt statuta condere et  
iam pœ-

iam pena constituta in eas foeminas, quæ citra patris consensum nupserint. Hanc Glossam dicit esse singularē Felinus. in cap. de Francia citato; & Decius in cap. quæ in Ecclesiis, de consit. Profecto dubitari non potest, quin Principes ac liberæ ciuitates, & Republicæ possint foeminas, quæ sic aut aliter nubunt, certis poenis punire, quatenus Reipub. pacem perturbant, & quatenus inter cōsanguineos odia, & diffidia pariunt, & seminant, cum ad incestas, infames, indignissimæ nuptias se transferant. Item, negari non potest quin in pulchellis nondum fatis proœctis, & adultis nonnullis delictum sit, inconfutis parentibus matrimonium contrahere sine iusta, & debita causa: matrimonium enim res est magni ponderis, & momenti, & ratio naturalis præscribit, ut filii parentibus obtemperent, eorumque consilio regantur: & iura Canonica prohibent clavis matrimonia contrahi, & cap. Alter. 30. quest. 5. cap. horaciorum. 32. quest. 2. habetur, ne matrimonia filii ineant absque parentum assensu. Ex altero vero capite ius Canonicum liberam potestarem facit filii matrimonia contrahendi, ac proinde videatur Principibus adempta facultas peccas irrogandi filii ab ipse parentum consensu nuptias inconfutis. Sot. in 4. distinc. 29. question. prima, articulo 4. post conclus. 3. meo iudicio non male huiusmodi leges aliquando iustas esse testatur, si non universè ferantur, sed speciatim, nimirum, ne filii magnarum illustrium hominum inscijs parentibus nubant. Item, ne pueræ non satis adulteræ scilicet ante decimum septimum annum, vel vigesimum sine consensu parentum, viris se tradant. Item, ne pueræ inscijs parentibus viris longe inferioris gradus, & impares conditiois matrimonio coniungantur. Cogarri. de matrim. par. secund. cap. 6. numer. 17. & sequentibus, latè disputatione, an statutum lexu civilius valeat, qua, posse constituitur in filiam sine consensu parentum clandestinè nubentem. Et quamvis hinc inde varias referat sententias, tandem ei subscrivere videtur, quæ huiusmodi statutum, & legem approbat, quoniam licet ciuitalia iura nihil possint ita tueri in ijs, quæ ad matrimonij substantiam spectant: At vero possunt, inquit Couarruias, peccas irrogare his, qui contrahunt nuptias iure ipso Canonico damnatas, cuiusmodi sunt clandestinitas matrimonia. Quid ni, inquit, possint Principes peccas punire eum, qui contrahit incestas nuptias? Item, possunt animaduertere in vñstrios, & periuos, quamvis vñstria, & periuos crimen a Ecclesiasticum, ergo & in filiis clavis sine parentum consensu nubentes, contrahi debere, nec impediri iure posse, & sepulchram filias non audere eos, quos cupiunt, maritos accipere, & aliquando iniuria parentum contra fas omne opprimit. Nonnunquam inquies, eas in matrimonium collocare, parentes recusant, aut difficiunt, vel incuria, vel negligencia, vel auaritia, aut alijs priuatis affectibus, ne eas dotare compellantur. Incedunt etiam accidit, ut parentes filias cogant eos maritos assumere, quos ipse nolunt, aut quos oderunt: & non raro contingit, ut filiae legis alicuius vinculo adfricte debant illos maritos sibi adiungere, quam quos parentes volunt. Responde Couarruias, huiusmodi

leges, & statuta ciuitalia non esse tam severè sumenda, sed iuxta rectæ rationis præscriptū, quod varium esse potest pro varietate temporum, locorum, rerum, & personarum. Sunt etiam leges Ciuitales, in quibus homicidiū in multis casib⁹ impune conceditur. Constat ex lege 12. Tabularum, licuisse adulterum in crimine deprehensione perimere. Sic enim haber lex. Moecum in adulterio deprehensione necato: quæ lex teste Plutarcho, Athenis à Dracone, & Solone lata fuit: posse verò licuit maritis vxores in adulterio deprehendas, abque vila indicis auctoritate, priuati occidere. Et lege Iulii, De Adulterijs, ab Augusto posita, sicuti resert Vlpianus in Lex lege Iulia, ff. de Adulterijs, adempta fuit maritis protestas interficiendi vxores adulteras, neque eis licuit quemlibet adulterum interimeret, nisi vilem, aut infamem, eumque domi sue cum vxore deprehensionem. I. Marito quoque, ff. ad legem Iuliam de Adulterijs. Patri autem permissum fuit quemlibet adulterum necare cum filia etiam in domi mariti deprehensionem, immo & ipsam filiam occidere simul. Parv. & I. Nec in ea, ad finem, ff. ad legem Iuliam de Adulterijs, & I. Gracchus, C. ad legem Iuliam de Adulterijs. Fuit autem hoc ius patri concessum, sed marito denegatum, quia plerumque pietas paterni nominis pro liberis consilium capiebat: at mariti iura, & impetus facilè sauvientis cohiberi, & refranari debuit. Iure etiam Authenticorum, & constitutionum Nouellarum licuit marito quemlibet adulterum trucidare, si eum in suspecto loco cum vxore colloquente deprehenderet, cum prius eundem propter suspicionem ter scripto admonuisset, ne cum vxore in secreto, aut suspecto loco confabularetur. Ausent. Liceat matri, & a via, & ijs quoque collat. 7. Athene. si quis ei, C. ad legem Iuliam de Adulterijs.

Ex his igitur legibus constat licuisse maritis adulteros iugulare non quolibet, sed vel viles, vel infames, aut eos, quos ob suspicionem ter per literas, sive in scriptis, admonitos, cum vxoribus in secreto, & suspecto loco colloquentes deprehenderint. Et patri similiter permisum fuisse filiam adulteram simul, & adulterum in crimine deprehensionis occidere. Dabitur igitur, an huiusmodi leges ciuitales sine canonico iure abrogatae, hoc est, An maritus, qui propria auctoritate vxorem, & adulterum in crimine deprehensionis priuatum occidit, lethale peccatum admittat? Et eadem dubitatio est de patre interficiente filiam, & adulterum deprehensionis in crimen. Sunt, qui negent lethale peccatum admittere, quod colligere contendunt ex cap. Si vero i. de sentent. ex commun. vbi percutiens Clericum in adulterio cum vxore, vel cum matre, foro vel filia in turpi sceleri deprehensionem, liber ab Excommunicatione censetur: cum tamen ceteri Clericorum perculsores excommunicatione feriantur, & cap. Interfectores 33. question. 2. homicida vocantur interfictores vxorum, quando vxores non erant adulteræ: ergo si adulteræ efficiuntur, mariti non dicerentur homicidae. Et in cap. Inter hæc, & cap. Quicunque, & cap. Admonere. lex mundana resertur, ex quo liceat vxorem adulteram necare, quibus verbis videtur ius Canonicum approbare prædictas ci-

uiles leges. Deinde, fas est legem condere, qua poena mortis in adulteros constituantur; ergo sic ut lex potest ministrum constituere, & adhibere, qui poenam mortis de adulteris, Magistratus imperio sumat, sic etiam potest maritum, aut patrem ministrum destinare, qui poena mortis in uxori rem, vel filiam, & adulterum deprehensos in crimen animaduertant. *Præterea*, Princeps vel Res publica liberam potest facultatem concedere occidendi eos, qui sunt publicè proscripti, quia eo ipso Resp. singulos cives, vt ministros constituit ad morte mulctandos huiusmodi criminosos. ergo potest etiam Res publica maritum, vel patrem, vt ministrum alciscere ad uxorem, vel filiam, & adulterum occidendo. *Constat* tamen omnium opinio est, absque lethali peccato non licere marito, vel patri, uxori vel filiam in adulterio deprehensam necare, & eiusmodi ciuiles leges iure Canonico esse sublatas. Nam in capit. Inter hac 33. q. 2. dicitur, Ecclesiam mundanis hisce legibus minimè teneri, & in cap. sequenti. *Quicunque*, inter fechoribus uxori, pœnitentia irrogatur. Et Glossa in c. Inter hac 33. quas. 2. docet lethali peccare maritum propria auctoritate occidentem uxorem, etiam si eam in ipso crimen deprehenderit. Sic etiam sentiunt Abb. Anan. Feli. Iason, Tiraq, & alij quos referit, & sequitur *Couarru. de mari. par. 2. ca. 7. §. 7. nu. 9.* sicut iam Theologi, vt constat ex S. Thom. 4. d. 37. q. 2. art. 2. Palu. 4. d. 37. q. 2. art. 1. Richar. 4. d. 37. art. 2. q. 1. Sol. 4. d. 37. q. 1. art. 3. *Sylu. homicidium. 1. q. 2. Ange. homicidium. 1. nu. 6.* Ad id vero, quod obijcitur ex c. Si vero i. de senten. ex com. Respondeo, cum Couarruia, ibi non dici, fas est marito percutere adulterum cum uxore deprehensem, sed excommunicatione pœnam remitti percutienti propter iustum illum dolorem, à quo pater, aut vir facilè sibi temperare non potest. Nam ex eodem capite manifestè constat, fratrem percutientem Clericum cum sorore deprehensem, ab excommunicatione liberum iudicari: & tamen nulla lege ciuili, aut canonica fratri conceditur, vt percutiat virum cum sorore rem habentem, etiam si eum in crimen deprehenderit. item, lege ipsa ciuili, non licet marito quemlibet adulterum cum uxore deprehensem ingulare, vel vilē, aut infamem, qualis Clericus non est, & tamen in eo c. Si vero, liber ab excommunicatione censetur maritus, qui Clericum percutit deprehensem in crimen cum uxore.

Ad aliud vero argumentum, respondeo aliud ius esse, quando Res. liberam alicui facultatem cōcedit alterum necandi, aliud vero, cum facultatem non dat, sed impunè permittit delictum. Nam in primo casu ministrum constituit necis eum, cui liberam occidendi criminis potest facit: in secundo vero non item, quia non hoc ipso, quod pœna non afficit santes, eis facultatem delinquendi concedit. *Si quereras*, quid sit iudicandum de legibus, vel statutis, quibus marito facultas datur, vt si velit, occidat uxorem adulteram publico iudicio de adulterio damnata, & ob id morte dignam. Respondet Sot. 4. d. 37. q. 1. art. 3. huiusmodi statuta nihil cum iure Canonico naturali, aut diuino pugnare, ac proinde esse iusta, quoniam postquam adultera est publico iudicio condemnata criminis, iure, ministro tradi-

tur, vt pœna capitis secundum leges, & iura puniatur. At sicuti cuilibet alteri ministro tradipotest, sic eriam marito, qui in eam tanquam iudicis minister debita legis pœna animaduertat, nisi quod maritus in uxore pœna capitis plectenda constituitur voluntarius minister, vt si velit, eam occidat, sin minus delictum condonata venia remittat, cum tamen ceteri ministri in puniendis criminibus non voluntarij, sed necessarij ministri sint.

### Cap. XXI.

*De alijs legibus Ciuilibus Canonico item Iure correctis, aut sublatis.*

*E*xstant C. De concubinis, leges, quæ concedit, & hue permittunt Concubinas, quas iura Canonica minimè permittunt. Is enim qui concubinam habet lethali peccato se se obstringit. *ca. mererit. 32. q. 4.* Concubina vero est femina omni coniugi, & alio quolibet vinculo soluta, quæ tamen ab aliquo in domo, perinde ac si propria esset vxor, habetur.

*Item, in Authen. Ex complexu C. de incestis nupt. & in Authent. quibus modis naturales efficiantur suis filiis, & in Authen. lices, C. de naturali liberi. leges ciuiles extant, quibus a limenta denegantur filiis spurijs, ex incesto aliquo damnato concubitu natu. Concubitum siue coitum damnatum leges, & iura vocant, qui est inter eos, qui matrimonium inire nequeunt, tempore, quo ex eo concubitu filius concipitur. Ha leges iure Canonico corriguntur. Nā in cap. Cum habebet, De eo, qui duxit in matrimonium quoniam poll. per adulterium: filiis spurijs ex incesto, & quoniam dānato coitu siue congressu suscepit, alimenta præstantur, & eis debentur, etiam si eorum pater ea dari prohibeat. Quoniam naturali iure, vel saltem æquitate filius procreatus ali, educari, & conseruari debet, ne pereat, quod naturale ius siue æquitas præscriptum, tū legitimis, sum spurijs commune filijs, & ex damnato complexu procreatis ac, proinde nulla lege Ciuii huiusmodi ius tolli potest. Vnde in foro etiam ciuili secundum ius Canonicum, & non leges de alimentis iudicatur, vt docent Inno. Abb. Barth. Felin. Dec. Corse. Rip. Alcia. quos referit, & sequitur Concer. de matrim. part. 2. cap. 8. num. 6. licet fuerint alii, qui lenienti, ius Canonicum in hac causa in terris Romana Ecclesiæ temporali potestati subiectis esse feruandum, alibi vero ius Ciuile. Sed prior sententia est recepta. Porro ius naturale intelligitur locum habere, quando filius nō habet, vnde possit alimenta percipere. Et hinc est, vt filii dum infantes sunt, necessarij à parentibus nutriti debent: filii itidem, qui nec viribus nec arte, nec industria se sustentare possunt, nec aliunde vita subfida habent, debent necessarij à parentibus ali, quales sunt filii cœci nati, aut amētes, aut aliqua alia ratione imbecilli, infirmi, & inepti: ceteris vero alimenta quoq; naturali quadam æquitate debentur, quamvis iustis de causis possint eis negari, vt suo loco dicemus. Si quereras, an etiā his alimenta sint canonico iure præflanda. Respondeo maximè, quia naturali æquitate debentur. Si iterum quereras, an si lex aliqua certam bonū quo-*

tirat